



**Questiones spiritualis [con]iuiuij delicias preferentes,
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

Johannes <de Turrecremata>

Lyon, 18. Jan. 1509

Dominica secunda aduentus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70506)

Domínica secunda aduentus.

violentū est ⁊ non laudabile sed per iusticiam ⁊ sapiētiā vince re. ⁊ ideo per filii debuit deus pater hostem vincere. ¶ Ad terciā respōdetur. q̄ ratio nō procedit. quia spūs sanctus nō dicit ideo vicinior nobis q̄ sit cōin/gibilior carni q̄ filius. sed propter caritatem per quam nobis omnia dona donatur. ¶ Procedit enim vt dicit albertus. vt donuz a patre ⁊ filio donabile rationali creature. talē autem respectū ad nos nō importat nomen filij fm̄ q̄ est in patre. fili⁹ tamen est nobis magis vnitiuus quantum ad cōgruentiā incarnationis rationibus dictis. ¶ Ad quartā respondetur negādo cōsequentia. Et ratio est. Quia licet caritas dei sit causa incarnatiōis. ⁊ ideo causalitas diuine. incarnatiōis quāuis communis sit tribus personis appropriatur spūi sancto. non tamen ex hoc sequit̄ q̄ spūs sanctus debuerit incarnari.



V Domini ca secunda cātatur enāgelium. Erunt signa in sole et luna. ⁊c. Luc. xxi. In quo quia tāgitur de aduentu christi ad iudiciū. possunt disputari sequētes questionēs. ¶ Prima est. Utrum generale iudiciū sit futurum. ¶ Secunda. Utrum omnes iudicādi in iudicio videbūt

filiū hominis. id est. Christus in forma hūana gloriose iudicāre. ¶ Tertia est. vtrū signa que assignantur in lectione enāgelij procedant iudiciū. ¶ Quarta est. Utrum tēpus futuri iudicij potest determinate sciri ab aliquo homine.



D primas questionē quaerit. Utrum generale aut vniuersale iudiciū futurū sit. proceditur

sic. Et videtur q̄ nō. ¶ Primo sic. Cyt hz sanct⁹. thō. 4. sen. di. 4. q. 1. ar. 1. q. 1. Naum primo dicit fm̄ aliam litteram. Non iudicabit bis deus in idipsum. sed nūc de⁹ iudicat de singulis hominuz operibus. cum post mortem vni cuiq̄ penas vel premia pro meritis tribuit ergo non videtur q̄ aliud sit iudiciū futurū expectādum. ¶ Secūdo sic. In nullo iudicio executio sententię precedit iudiciū. sed sententiā diuini iudicij quo ad homines est de adeptiōne regni vel excludiōne a regno. vt patet. Mathei. xxv. ergo cum modo quidam accipiunt regnū eternū Unde dominus latroni in cruce dixit. Hodie mecum eris in paradiso. Luce. xxiij. Et quidam excludantur ab ipso perpetue. Unde Luce. xvi. dicitur. Fortunatus est diues ⁊ sepult⁹ est in inferno. ergo

frustra expectatur aliud iudiciū futurum. ¶ Tertio sic. Propter hoc aliqua in iudiciū oportet adduci. quia dubium est quid de eis diffiniendum sit. sed ante finem mundi determinata est vni cuiq; damnatorum sua damnatio. et cuiq; sanctorum sua beatitudo. ergo videtur q̄ nō oporteat aliquod futurum iudiciū esse. ¶ Quid positum colligitur ex presenti euangelio. Colligitur etiam ex illo Johā. xij. Sermo quē locutus sum vobis. ille vos iudicabit nonissimo die. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione. q̄ generale siue vniuersale iudiciū futurū est. in quo christus iudicaturus est omnes hominum multitudinem. Ita conclusio est primo articulus fidei qui de christo ait. Iterum venturus est iudicare viuos et mortuos. Secundo patet ex illo Johan. quinto. Procedent qui bona egerūt in resurrectionem vite. qui vero mala egerūt in resurrectionem iudicij. ergo post resurrectionem aliquod fututū est iudiciū. Ratione vero sic ostenditur predicta conclusio. Pro quo notandum iuxta sanctum thomam q̄ sicut operatio pertinet ad rerum principium quo producuntur in esse. ita iudiciū pertinet ad terminū quo res ad suum finem perducitur. Distinguitur autem duplex dei operatio. Una que primitus res in esse producit. instituens natu-

ram et distinguens ea que ad cōpletionē ipsius pertinent. a quo quidez opere deus dicitur quiesuisse. Genes. ij. Alia ei⁹ est operatio qua operatur in eius gubernatiōe creaturarum. De qua Johannis. v. Pater meus vsq; modo operat⁹ et ego operor. Ita etiam duplex eius iudiciū dicitur. ordine tamen conuerso. Unum quod respōdet operi gubernatiōis que sine iudicio esse non potest. per quod quidem iudiciū vnusquisq; singulariter pro suis operibus iudicatur. nō solum sibi q̄ sibi competit. sed sibi q̄ cōpetit gubernationi vniuersi. vnde differtur premiatio vnus pro vtilitate aliorum. vt patet ad Hebr. xj. et penes vnus ad profectum alterius cedunt. Unde necesse est q̄ aliud sit iudiciū vniuersale respondens ex aduerso prime rerum productioni in esse. vt videlicet sicut tūc omnia processerunt immediate a deo. ita tūc vltima completio mundi detur vnoquoq; accipiēte finaliter quod ei debetur sibi seipsum. Unde et in illo iudicio apparebit manifeste diuina iusticia q̄tum ad omnia que tunc ex hoc occultant. q̄ interdū de vno disponit ad vtilitatē aliorū aliter q̄ manifesta opera exigerent videantur. Unde etiam tūc erit separatio vniuersalis bonorum a malis quia vltimus non erit locus vt mali p̄ bonos et boni per malos proficiāt. propter

Domínica secunda aduentus.

quem pfectū interim committi
inueniunt boni malis quoadus
q̄ status huius vite per diuinā
prouidētiā gubernatur. ¶ His
habitis dicendū est ad rationes
in oppositū. ¶ Ad primā respō
detur. q̄ deus nō iudicat bis in
idipsum s̄m idēz in illo iudicio.
¶ Pro quo notandū q̄ quilibet
homo est singularis quedā per
sona. et est pars totius generis
humani. Unde ⁊ duplex iudiciū
sibi debetur. Unuz singulare qd̄
deo fiet post mortē qñ recipiet
iuxta ea que in corpore gessit.
¶ Quis nō totaliter. qz nō quo ad
corpus sed quo ad animā tātuz.
Aliud iudiciuz debet esse de eo
s̄m qd̄ est pars toti⁹ humani ge
neris. sicut aliquis iudicari dici
tur s̄m humanā iusticiā. etiam
quādo iudiciū dicit esse cōmu
nitatis cui⁹ ipse est pars. Unde
⁊ tūc qñ fiet vniuersale iudiciū
totius humani generis per vni
uersalem separationē bonozū a
malis. ⁊ quilibet per cōsequens
iudicabit. nec tñ deus bis iudi
cabit in idipsum. qz nō duas pe
nas pro vno peccato infert. sed
pena que ante iudiciū complete
inflicta nō fuerat. in vltimo iudicio
cōplebit. post quod impū
cruciatūz quo ad corpus ⁊ quo
ad animā simul. ¶ Ad secundā
respōdetur q̄ est falsum q̄ sentē
tia illius generalis iudiciū que
est vniuersalis separatio bonoz
a malis precedat illud iudiciū.
nec etiā quo ad particularē sen

tentiam vniuscuiusq̄ plene pre
cessit iudiciū effectus. qz ⁊ boni
amplius post iudiciū premiabū
tur. tum ex gloria corporis ad
iuncta. tum ex numero sanctorū
completo. ⁊ mali etiā amplius
torquebunt adiūcta pena corpo
ris. ⁊ completo in penis nume
ro damnatorum quia quanto cū
pluribus ardebunt magis arde
bunt. ¶ Ad tertiā respōdetur ne
gando consequentiam. Et ratio
est. quia vniuersale iudiciū vt
dictū est magis directe respicit
vtilitatē hominū q̄ singulos in
dicandorum. ¶ Quis igitur cuius
bet homini ante iudiciū sit cer
ta noticia de sua damnatione v̄
premio non tamen omnib⁹ om
nium damnatio vel premiū immo
tescit. vñ iudiciū necessariū erit



D secundam
questionē quia
querit. Utrum
omnes iudicā
di iudicio vide
bunt filium ho
minis. id ē chri
stum in forma humana glorio
sa iudicantē. sic proceditur. (4.
sen. di. 48. q. 1. ar. 2.) Et videtur
q̄ non. ¶ Primo sic. Christus in iudicio
non apparebit i forma hu
manitatis gloriosa. Iohannis.
xix. Videbit in quē trāssixerūt.
Glosa. Quia in ea carne ventu
rus est in qua crucifixus est. sed
crucifixus est in forma infirma
ergo in forma infirmitatis ape

toris. Quadri. an. die. pa

martini xpi in pluv

Dominica secunda aduentus! Fo. vii.

parebit et non in forma gloriosa. **¶** Secundo sic. Dicitur. Matt. xliij. Apparebit signum filii hominis in celo. id est signum crucis ergo cum crux sit signum firmitatis et non glorie per consequens non videbitur ab omnibus in forma gloriosa. **¶** Tertio sic. Oculi non glorificati non poterit videre claritatem corporis glorificati cum sit improprietationatus. ergo cum multi. ut pote mali. non habebunt oculos glorificatos non poterunt videre christum iudicatum in forma gloriosa. **¶** In oppositum est euangelium nostrum in quo dicitur. Videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna et maiestate. Maiestas autem et potestas ad gloriam pertinent. ergo in forma gloriosa apparebit. et omnibus videbitur. **¶** Rñ deo dicendum sub tribus conclusionibus. Prima est. quod christus in iudicio apparebit in forma humana. **¶** Ista conclusio patet ex illa parte euangelij ubi dicitur. Videbunt filium hominis venientem ergo in forma humana. **¶** Secundo. ratione sic. Eius est iudicare cuius est leges condere. sed christus in humana natura apparet nobis legem euangelij dedit. ergo in eadem natura apparet iudicabit. **¶** Tertio sic. Christus secundum illam formam iudicabit in qua iudicatus est. ut possit ab impijs videri. ut dicit glossa. **¶** Job. v. sed iudicatus est in se forma hu-

manitatis ergo in eadem iudicabitur. **¶** Secunda conclusio est. quod christus in iudicio apparebit in forma humana gloriosa. **¶** Ista conclusio patet. **¶** Primo sic. Ille qui iudicat debet eminere illis qui iudicantur. sed electi qui iudicabuntur a christo illi corpora gloriosa habebunt. ergo multo fortius iudex in forma gloriosa apparebit. **¶** Secundo sic. Sicut iudicari est infirmitatis. ita iudicare est auctoritatis et glorie sed in primo aduentu quo christus venit ad hoc quod iudicaretur apparuit in forma infirmitatis. ergo in secundo aduentu in quo veniet ut iudicet apparebit in forma gloriosa. **¶** Tertia conclusio. Licet christus in iudicio in forma gloriosa ab omnibus videatur sit. visio tamen illa sicut bonis erit delectabilis. ita reprobis tristis et terribilis. **¶** Probatur conclusio. Dicit enim Iffidorus quod apparebit christus terribilis reprobis. blaudus bonis. **¶** Unde sicut amici gloria est delectabilis. ita gloria et potestas eius qui odio habet est contristabilis. et ideo sicut visio glorie humanitatis christi erit iustis in premium et gaudium. ita inimicis christi erit in supplicium. **¶** Nunc ad rationes in oppositum. **¶** Ad primam responderetur. negando consequentiam. Quia licet in eadem carne in qua crucifixus est apparebit. non tamen similiter se habente quia primo fuit passibilis sed in iudicio apparebit in for-

Dominica secunda aduentus.

magliosa sicut erit. Ad secundam respondetur pariter negando consequentiam. Ratio est. quia licet signum crucis apparebit in iudicio non tamen ad iudicium tunc existentis infirmitatis sed potestatis ut per hoc iustior appareat condemnatio eorum qui tantam misericordiam neglexerunt. Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia corpus gloriosum habet in potestate sua ut se demonstret vel non demonstret oculo non glorioso. ideo in forma gloriosa christus ab omnibus poterit videri.



Tertiam questionem qua queritur. Utrum signa que ponuntur hic in euangelio precedente debeant iudicium sic procedatur. (4. sen. di. 48. q. 1. ar. 4. q. 1.) Et videtur quod non. Primo sic. Dicit apostolus. 1. ad Thes. v. Cum enim dixerint pax et securitas. repente eis superueniet interitus. sed non esset pax et securitas si homines per signa precedentia terrerent. ergo signa illa que sunt ad terrorem non procedent iudicium. Secundo signa ad manifestationem alicuius ordinantur. sed aduentus christi ad iudicium debet esse occultus. Unde. 1. Thessal. v. dicitur. Dies domini sicut fur in nocte veniet. ergo signa non debent ipsius

precedere. Tertio sic. Tempus primi aduentus fuit precognitum a prophetis. quod non est de secundo aduentu. sed primum aduentum christi non precesserunt aliqua signa. ergo nec secundus precedent. Quarto sic. Corpora celestia inalterabilia sunt. ergo non obscurabuntur. Quinto sic. Cum stelle sunt substantias et fixationem sint perpetue et immutabiles non videtur quod de celo debeant cadere. Sexto. Angeli sunt beati. beatitudo non excludit omnem miseriam et mutabilitatem. videtur quod virtutes celorum que dicuntur angeli nullo modo possunt dici timore affici vel moueri. In oppositum est euangelium presens. Respondeo dicendum sub ista conclusione. quod signa que describuntur in hoc euangelio precedent futurum iudicium. Ista conclusio sic declaratur ex dictis in superiori questione. Dicitur est enim quod christus ad iudicandum veniens in forma gloriosa apparebit propter auctoritatem que iudicari debet. ad dignitatem autem iudicarie potestatis pertinet habere aliqua iudicia que ad reuerentiam et subiectionem inducant. et ideo aduentum christi ad iudicium venientis multa signa precedent. ut corda hominum in subiectionem venturi iudicis adducantur et ad iudicium preparentur et inter alia hec que in euangelio describuntur. Ad rationes in co

trarium. Ad primam respondef
 q. fm quod dicit augustinus in
 libro ad Eficiuz. Circa fine mu
 di erit vniuersalis psecutio ma
 lozum cotra bonos. Unde sicut
 aliqui timebunt. scz boni. sic ali
 qui securi erunt scilz mali. Ad
 ergo dicitur. cu eniz dixerit pay
 z securitas zc. ad malos referē
 dum est. qui signa futuri iudicij
 parui pendunt. Ad bonos vero p
 tinet qd hic euagelio dicit. Bre
 scentibz hominibz p timore zc.
 ¶ Ad secundam respōdetur q
 dies domini dicitur sicut fur ve
 nire in nocte. non q dominus ad
 iudicium sicuturus de nocte.
 imo veniet de die in luce claris
 sima sicut ascēdit. sed quia igno
 ratur tps determinatum q p si
 gna illa cognosci non poterit.
 ¶ Ad tertiam respōdetur negā
 do consequentiam. Et ratio est.
 quia non est simile de primo ad
 uentu z secundo. In primo eni
 aduentu christus venit occultus
 quis determinatum tēp? esset
 prius precognitum a prophetis
 et ideo non oportebat huiusmo
 di signa in primo aduentu appa
 rere sicut apparebunt in secun
 do aduentu. in quo manifestus
 veniet quis determinatum tē
 pus sit occultum. ¶ Ad quartaz
 respondetur. q corpora celestia
 non obscurabitur per priuatio
 nem proprij luminis cum sit eis
 naturale. corpora autē celestia
 manebunt in sua natura integra
 sed ista obscuritas erit respectu

nostri per interpositionē alicu
 sus corporis opaci. quemadmo
 dum fit in eclipsi. Luna vero di
 citur non datura lumen suum.
 Matthēi. xxiij. quod potest du
 pliciter intelligi. Uno modo. qz
 erit interposita inter terram et
 soles. z pars lune que est versus
 terram obscurabitur cuz nō ha
 beat lumen nisi a sole. Alio mo
 do per interpositionem nubium
 obscurantium. ¶ Ad quintaz de
 stellis q stelle non cadunt de ce
 lo quantum ad eorum substan
 tiam cuz sint incorruptibiles sz
 scdm apparentiaz. quia vere stel
 le abscondentur nubium densita
 te. z de nubibus versus terram
 descendent exalationes ignite
 que dicuntur stelle cadētes. Vel
 vt dicit albertus magnus q stel
 le dicuntur cadere. non quantum
 ad substantiam suam. sed quan
 tum ad casum sue virtutis quaz
 habent modo. ¶ A sextaz respō
 detur q virtutes celozum dicū
 tur moueri. quia tunc multa ter
 ribilia faciēt ad terrore hoim.
 Nec autē motio in nullo tradi
 cit statui beatitudis anglōz vt
 patet z ita ratio in nullo pcedit.



Questio
 nem quartam
 qua queritur.
 Utrum temp?
 futuri iudicij
 potest determi
 nate sciri ab a
 liquo hoie sic proceditur. Et vi

Domínica secunda aduentus.

detur q̄ sic. ¶ Primo sic. (vt habet. 4. sen. di. 41. q. 1. ar. 1. q. 3.) Sicut enim sancti patres expectabāt primū aduentū. ita nos secundū expectamus. sed sancti patres scierunt tempus aduentus primū. sicut per numerū hebdomadarū q̄ describūtur Danielis. it. ergo videtur q̄ nobis est possibile scire tempus secūdi aduentus determinatū. ¶ Secūdo sic. Per signa deuenimus in cognitionem signatorū. sed de iudicio multa signa in hoc euāgelio nobis describunt. ergo in cognitionē illius temporis possumus deuenire. ¶ Tertio sic. Secundū Augustinū in fine de ciuitate dei. sexta etas currit ab aduentu christi vsq̄ ad finem mundi. sed scitur quantū precedēs etates durauerūt ergo sciri potest quātū ista etas durare debeat per comparationē ad alias. ¶ Quarto sic. Magnū et paruū diuturnum et breue relatiue dicuntur de vno per comparationē ad aliud. sed tempus illud quod est ab aduentu christi vsq̄ ad finem mundi dicitur esse breue. vt patet. s. Cor. int. vii. Tempus breue est. Et in eadē. r. Nos sumus in quos fines seculorū deueniunt. Et. s. Johānis. ij. Nonissima hora est. ergo hoc dicit per comparationem ad tēpus precedēs. ergo saltē hoc videtur sciri posse. q̄ multo breuius est tempus ab aduentu christi vsq̄ ad finem mundi q̄ a principio mundi vsq̄

ad christum. ¶ In oppositum est illud Matth. xxiij. De die illa et hora nemo scit nec angeli celoz. ¶ Secūdo sic. Si deberet alii quibus reuelari. precipue reuelatum fuisset querētibus apostolis qui doctores totius mundi instituebātur. sed eis de finali aduentu domini querētibus responsum est. Actū primo. Non est verum nosse tempora vel momenta que pater posuit in sua potestate. ergo multo min⁹ est alijs reuelatum. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione. q̄ tempus determinatum futuri iudicij nō potest cognosci ab aliquo puro homine a solo enim deo et ab homine christo cognoscitur. Probat enim ista conclusio iuxta factū thomā in questionibus de potentia dei (q. 1. ar. 6.) q̄ duplex est modus quo possum⁹ cognoscere futura scilicet per cognitionem naturalem et per reuelationem. Naturali quidē cognitione cognosci non potest determinate finis mundi. quia eius nō est alia causa nisi voluntas diuina quā quidem causam naturali cognitione cognoscere nō possum⁹. Per reuelationem vero licet sciri posset si deus vellet reuelare. nō tamen congruū esset q̄ reuelaretur nisi homini xpo. Et hoc quia finis mundi non erit nisi cōpleto numero electorum. cuius completio est quedam executio totius diuine predestinationis. Unde nō competit reuelationē.

Dominica tertia aduentus. fo. ff.

fieri de fine mundi nisi ei cui fit
 reuelatio de tota predestinatio-
 ne diuina. scilicet homini christo. per
 quez tota diuina predestinatio to-
 tius humani generis quodammodo
 impletur. Unde dicitur Joba.
 quanto. Pater enim diligit filium et
 omnia demonstrat ei que ipse fa-
 cit. Ad rationes in oppositum.
 Ad primam respondetur negan-
 do consequentiam. Et ratio est. quia
 non est simile de primo aduentu
 et secundo. quia primus aduentus
 christi nobis parabat viam ad me-
 rendum per fidem et alias virtutes.
 et ideo ex parte nostra require-
 batur primi aduentus noticia. ut
 credendo in eum qui venturus
 erat. et per eius gratiam mereri
 possemus. In secundo autem adue-
 tu premia reddentur pro iustis.
 et sic ex parte nostra non requiritur
 quid agamus aut quid cognos-
 scamus. sed quid recipiamus.
 Unde non oportet precognosce-
 re determinate tempus illius ad-
 uentus. Ad secundam rationem
 respondetur negando consequentiam.
 et ratio est. quia illa signa posita
 sunt ad manifestandum quod quandoque
 mundus finietur. non autem ad ma-
 nifestandum determinatum tempus
 quando finietur. Ponitur autem in-
 ter illa alia signa que quasi a mun-
 di exordio fuerunt sicut quod surget
 gens contra gentem. et quod tremor-
 tus erunt per loca. sed instante
 mundi fine hec abundantius eue-
 nient. Que autem sit illa mensura
 horum signorum que ante finem mundi

erit manifestum nobis esse non po-
 test. Ad tertiam respondetur negan-
 do consequentiam. Et ratio est. quia si-
 cut Augustinus. d. libro. lxxvij.
 q. vltima. q. Et as mundi compa-
 ratur vltime etati hois. que de-
 terminato numero annorum non
 diffinitur. sicut alie etates diffi-
 niuntur. sed quandoque tantum durat
 quantum omnes alie vel etiam amplius.
 Unde etiam ista vltima etas mun-
 di non potest determinato nume-
 ro annorum generationem diffinire.
 Ad quartam respondetur. negando
 consequentiam. Et ratio est. quia ex hoc
 quod dicitur. nouissima hora. vel ex
 similibus locutionibus que in scri-
 ptura dicuntur. non videtur aliqua
 determinata quantitas temporis
 sciri. Non enim illa sunt dicta ad
 significandum breuem horam ipsius
 temporis. sed ad significandum sta-
 tum mundi qui est quasi nouissi-
 ma etas. que quanto tempore du-
 ret non est diffinitum. non enim legi
 euangelice alius status succedet
 que ad perfectum adducat. sicut
 ipsa succedit legi veteri. et lex
 vetus legi nature.



In dominica
 tertia est
 euangelium.
 Cum audisset
 iohannes in vin-
 culis opera christi
 Matthei. xj.

Circa quod occurrunt sequentes
 questiones disputate. **Q** Primo
 utrum beatus iohannes baptista